



Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &
heriditarias quasi successiones

Epo, Boetius

Duaci, M.D.LXXXIIX.

15 Permutationes odiosiores migrationibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

temporis inoleuisset; vt ex Photio & Isidoro
 & primo Conciliorum per Laurentiū Surium
 editorum Tomo cæterisque scriptoribus ac
 nouissime ex integris eiusdem concilij Niceni
 canonibus 80. per Turrianum in lucem ex A-
 tabico prolatis inter constitutiones Apostoli-
 cas (cum hæctenus viginti dumtaxat habere-
 mus eiusdem concilij canones) liquet. neque
 verò Gratianus noster id ius omninò præterit
 in c. non oportet episcopum. & in c. si qui ve-
 rò siue: 7. q. 1. Quibus conformia non ita diu
 post sancita fuerunt variis aliis in conciliis an-
 tiquissimis, nimirum Sardicensi can. 1. Antio-
 cheno can. 13. & 21. Chalcedonensi can. 5. & 6.
 ne plura nunc otiosè recenseamus alia iura hūc
 pertinentia, frequēter à posterioribus quibus-
 que legumlatoribus ecclesiasticis repetita no-
 vissimòque iure sæpius iterata. Quæ pleraque
 licet ad episcoporum præcipuè translationes
 vel aliorum quoque clericorum commigra-
 tiones pertineant absque permutationis cōtractu,
 tamen rationes fere militant eadem simul in
 permutationibus, immò maiores etiam ratio-
 nes, quia permutationes istæ præter notam le-
 uitatis vel auaritiæ vel ambitionis in migrādo,
 subiiciuntur etiam nundinationis cuiusdam
 visæ periculo. Cæterum, cur, inquis, huiusmo-
 di vel migratio vel translatio tantopere cano-
 nibus est odiosa & inimica! Synodus illa qui-
 dem Sardicensis tum ambitione tum auaritia
 migrantium videtur mota; dum ait in eodem
 suo canone 1. nullum fuisse inuentum Episco-
 pum

13
 80. Canones
 integri Nice-
 nae Synodi per
 Turrianum
 prolatis.

14
 Iura deinceps
 insequētia de
 non mutanda
 clericis Sta-
 tione sua.

15
 Permutatio-
 nes odiosiores
 migrationi-
 bus.

16
 Ratio prohi-
 biti clero mi-
 grationis.